



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia
colit ac veneratur.||**

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Concilium Tarraconense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

- LXXI. ¶ Stupratoribus puerorum nec in finem dandam esse communionem. A
- LXXII. ¶ Si qua vidua fuerit mœchata, & eundem postea habuerit maritum, post quin- B
quennij tempus acta legitima pœnitentia, placuit eam communionem reconciliari. Si alium du-
xerit, relicto illo, nec in finem dandam esse communionem, vel si fuerit ille fidelis quem acce-
perit, communionem non accipiat, nisi post decem annos acta legitima pœnitentia, nisi in-
firmitas coegerit, velocius dare communionem.
- LXXIII. ¶ Delator si quis extiterit fidelis, & per dationem eius aliquis fuerit proscriptus, C
vel interfectus, placuit eum nec in finem accipere communionem. Si leuior causa fuerit, in-
tra quinquennium accipere poterit communionem. Si cathecuminus fuerit, post quinquen-
nij tempora admittatur ab baptismum.
- LXXIII. ¶ Falsus testis prout crimen est, abstinere, si tamen non fuerit mortis quod ob- D
iecit, & si probauerit quod diu tacuerit, biennij tempore abstinere, Si autem non probauerit
in conuentu clericorum, placuit per quinquennium abstinere.
- LXXV. ¶ Si quis autem episcopum, presbyterum, vel diaconem falsis criminibus appetie E
rit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem.
- LXXVI. ¶ Si quis diaconum se permiserit ordinari, & postea fuerit in crimine detectus F
mortis, quod aliquando commiserit, si sponte fuerit confessus, placuit eum acta legitima pœ-
nitentia post triennium accipere communionem. Quod si alius detexerit, post quinquennium
acta pœnitentia accipere communionem laicam debere.
- LXXVII. ¶ Si quis diaconus regens plebem sine episcopo vel presbytero aliquos bap- G
tizerit, episcopus eos per benedictionem perficere debebit, q̄ si ante de seculo recesserit, sub
fide qua quis crediderit, poterit esse iustus.
- LXXVIII. ¶ Si quis fidelis habens vxorem, cum Iudæa vel gentili fuerit mœchatus, à cõ- H
munionem arceatur. Quod si alius eum detexerit, post quinquennium acta legitima pœnitentia
poterit dominicæ sociari communioni.
- LXXIX. ¶ Si quis fidelis, alea, id est tabula, luserit, placuit eum abstinere, & si emendatus I
cessauerit, post annum poterit cõmunionem reconciliari.
- LXXX. ¶ Prohibendum vt liberti, quorum patroni in seculo fuerint, ad clerum non K
prouehantur.
- LXXXI. ¶ Ne fœminæ suo potius absq; maritorum nominibus laicis scribere audeant qui L
fideles sunt, vel literas alicuius pacificas ad suum solum nomen scriptas accipiant.

¶ Explicit Concilium Elibertinum.

Incipiunt capitula concilij Tarraconensis.

- | | |
|--|--|
| <ul style="list-style-type: none"> ¶ Vt etiam ad proximas sanguinis cū testi- 1
monio clerici vadant. Cap. 1. ¶ Vt clericis emendi vilius, vel vendendi ca- 2
rius non permittatur licentia. ¶ Vt q̄tū clericus p̄stiterit, tm̄ recipiat. 3 ¶ Vt nullus episcopus vel infra positus die do- 4
minica causas iudicare p̄sumat. ¶ Vt q̄ in metropolitana ciuitate eps nō fue- 5
rit ordinatus, post duos menses se metro-
politano p̄senteret. ¶ Vt eps q̄ à metropolitano cõmonitus ad sy- 6
nodū nō venerit, excõicetur. ¶ Vt diocœsani clerici septimanas teneant, & 7
die sabbato omnes in vnum conueniant. ¶ Vt annis singulis episcopi diocœsim visi- 8 | <ul style="list-style-type: none"> tent, & non plus q̄ tertiam partem de par- 9
rochijs accipiant. ¶ De clericis & hostiarijs, q̄ adulteris mulieri- 10
bus admiscantur, vt prohibeantur. ¶ Vt nullus episcopus pro iudicijs munera 11
accipiat. ¶ Vt monachus missus alicubi ministeriū cle- 12
ricatus agere nō p̄sumat, nec negotiator
existat. ¶ Vt si episcopus intestatus obierit, inuētari- 13
um de rebus eius clerici faciant, & nullus
exinde aliquid auferat. ¶ Vt episcopus diocœsanos presbyteros, 14
& quosdam ex laicis moneat literis con-
uenire. 15 |
|--|--|

Incipit Concilium Tarraconense.

Decem episcoporum, Era. XLIII.



MN nomine Christi habita synodus Tarracone, Anno. VI. Theodorici regis, M
consulatu Petri, sub die octauo Idus Nouembris. Antiquorum patrum statu-
ta de his censuisse videntur, quæ in tempore, aut ad illos relicta peruene-
nerunt, aut acta certe testimonio proprio comprobauerunt, cuius rei &
nos sequentes exemplum, illa quæ non sunt placuit obseruanda decernere,
aut p̄terita absq; ambage custodiantur, & p̄sentia hac obseruatione sint

S firma

Concilium Tarraconense.

- firma, Igitur cum in vnâ pariter conuenissemus in urbē Tarraconēsem quæ est metropo-
litana obseruatiſſime fundata, titulos super annexos conſcripſimus obseruandos
- N I.** ¶ De his quibus cura properatē proximitatē habere pmittitur, vt ea cautela eaz ne-
cessitates ſuſtentēt, vt pietatis bñficia quæ eis ſunt neceſſaria à longius prebeant. Ipsi vero
pro viſendis eis cū ingreſſi fuerint clerici ſalutatione recurrāt, nec ibi faciāt manſionē. Qui
tñ non ad eaz viſitationem pergunt teſtem ſolatij ſui fide & actione ante probatum adhi-
beant ſecum, Si quis hæc à nobis ſtatuta cōtempſerit, ſi clericus eſt loci ſui dignitate priue-
tur. Si vero religioſus vel monachus in cella monaſterij incluſus pœnitentiæ lamentis incū-
bat, vbi ſingulari afflictione panis & aquæ victum ex abbatis ordinatione percipiat.
- O II.** ¶ Canonū ſtatutis firmatum eſt, vt quicūq; in clero eſſe voluerit, emendi vilius, vel
vendendi carius ſtudio non vtatur. Certe ſi voluerit exercere cohibeatur à clero.
- P III.** ¶ Si quis clericus ſolidū in neceſſitate præſtiterit, hoc de vino vel frumētō accipiat,
quod mercandi cauſa tempore ſtatuto decretum eſt venundare. Cæterum ſi ſpeciem non
habuerit neceſſariam, ipſum quod dedit ſine vllō augmento recipiat.
- Q IIII.** ¶ Vt nulli epiſcoporum aut pteſbyterorum vel clericorum, die dominico propo-
ſitum cuiuſcunq; cauſæ negocij audeant iudicare, niſi hoc tantum vt deo ſtatuta ſolemnia
pagant, cæteris vero diebus cohibētibus pſonis illa quæ iuſta ſunt habeāt licētiam iudicā-
di exceptis criminalibus negocijs.
- R V.** ¶ Si quis in metropolitana ciuitate non fuerit epiſcopus ordinatus, poſtea quā ſuf-
cepta bñdictione p metropolitani literas honorē fuerit epiſcopi adeptus, id optimū eē de-
creuimus, vt poſtmodum ſtatuto tempore, id eſt impletis duobus mēſibus ſe metropoli-
tani ſui præſentat aspectibus, vt ab illo monitis eccleſiaſticis inſtructus, plenius quid obſer-
uare debeat recognoſcat. Quod ſi forte hoc implere neglexerit in ſynodo increpatus à fra-
tribus corrigatur. Et ſi forte infirmitate aliqua (ne hoc impleat) fuerit impeditus, hoc ſuis
literis metropolitano indicare procuret.
- S VI.** ¶ Si quis epiſcopoz commonitus à metropolitano ad ſynodū nulla graui intercedē-
te neceſſitate corporali venire cōtempſerit, ſicut ſtatuta patrum cēſuerunt, vſq; ad futurum
concilium cunctorum epiſcoporum charitatis communionē priuetur.
- T VII.** ¶ De diocēſanis eccleſiis vel clero id placuit deſiniri, vt preſbyteri vel diaconi,
qui inibi conſtituti ſunt cum clericis ſeptimanas obſeruēt, id eſt, vt preſbyteri vnā faciant
hebdomadā, qua expleta ſuccedat diaconus ei ſimiliter ea cōditiōne ſeruata, vt omnis cle-
rus die ſabbati ad veſperam ſit paratus, quo facilius die dominico ſolemnia cū omni præ-
ſentia celebretur, ita tamē vt omnibus diebus veſperas & matutinas celebrēt, quia deſiſſe-
te clero (quod eſt peſſimum) comperimus in baſilicis nec luminaria miniſtrari. Si qui ſane
negligentiæ vitio hæc implere noluerint, nouerint ſe ſecundū ſtatuta canonum pro modo
perſonarum canonicæ diſciplinæ ſubdēdos.
- V VIII.** ¶ Multorum cauſa experientia magiſtrante reperimus nonnullas diocēſanas
eccleſias deſtitutas. Ob quā rem hac conſtitutione decreuimus, vt antiquæ conſuetudi-
nis ordo ſeruetur, & annuis vicibus ab epiſcopo diocēſes viſitentur, & ſi qua forte baſilica
reperita fuerit deſtituta, ordinatione ipſius reparari præcipiatur, quia tertia ex omnibus an-
tiqua traditione vt accipiatur ab epiſcopis, nouimus ſtatutum.
- X IX.** ¶ Si quis lectoz adulterę mulieris voluerit miſceri vel adherere cōſortio, aut relin-
quat adulterā, aut à clero habeat extraneus, Simili ſnā hoſtiariorz punietur laſciua.
- Y X.** ¶ Obſeruādum quoq; decreuimus, ne quis ſacerdotum vel clericorum more ſecula-
rium iudicum audeat accipere pro impēſis patrocinijs munera, niſi forte in eccleſiis oblata
gratuita quæ non fauore muneris videātur accepta ſed collatione deuotionis illata. Quod
ſi quæ ſita probatur accipere, veluti exactor ſcēnoris, aut vſurarum poſſeſſor ſecundum ſta-
ruta patrum ſe nouerit degradandum
- Z XI.** ¶ Monachi à monaſterio foras egrediētes ne aliqd miniſteriū eccleſiaſticū pſumāt
agere prohibemus, niſi forte cū abbatis impio. Similiter vt nullus eoz, id eſt monachorum
Forēſis negocij ſuſceptor vel executor exiſtat, niſi id qd monaſterij expoſcit vtilitas abba-
te ſibi nihilominus impante, canonū añ oīa Gallicanorz de his conſtitutione ſeruata.
- A XII.** ¶ Sicubi deſunctus fuerit epiſcopus in teſtato poſt deſunctionē eius à pbr̄is, & dia-
conibus de rebus ipſius inuētarium fideliter conſcribatur à minimo vſq; ad maximū, id eſt
vt ſiſtibus vel omni ſuppelleſtile, ita tñ vt ſi quis exinde vel præſumpſiſſe aliquid vel occul-
te fuerit tulſiſſe cōuictus, ſecundū ſurti tenore reſtituat vniuerſa.
- B XIII.** ¶ Epiſtolæ tales p partes à metropolitano ſunt dirigēde, vt non ſolū à cathedra-
libus eccleſiæ pbr̄is verum etiā diocēſanis ad cōciliū trahāt, & aliquos de filijs eccleſiæ ſe-
cularibus

cularibus secū adducere debeāt. Iohānes in Christi noie ep̄s Taracōnēsis ciuitatis cōstitutio-
nibus à nobis cōscriptis subscripsi, Paulus in Christi noie ep̄s subscripsi, & coepiscopus sub-
scripsit. Fortunianus subscripsi, Agricūsus subscripsi, Orontius subscripsi, Vincentius subscri-
psi, Vrfus subscripsi, Emidius subscripsi, Nibrīdius subscripsi.

Incipiunt capitula concilij Gerundensis.

- ¶ Vt vnaquęq; prouincia in officio vnum baptizetur. 5
- or dinem teneat. Cap. 1. ¶ Vt qui sine vxoribus ordinantur, extrane- 6
- ¶ Vt letanię post pentecosten à quinta fe- as in domo non habeant.
- ria vsq; in sabbato celebrentur 2 ¶ Ne laicis qui viduam aut dimissam accepe- 7
- ¶ De secundis letanijs faciendis Calendis No uembris, 3 ¶ De his q publice pœnitentiã nō accipiunt, sed tantū viaticū vt in clero promoueant. 8
- ¶ Vt pascha tantū & pentecoste baptismū de ¶ Vt omnibus diebus horis vespertinis & ma 9
- tur, exceptis his qui in languore cōstitūt. 4 tutinis oratio dominica dicatur.
- ¶ Vt vnus diei infans, si in discrimine est,

Incipit Concilium Gerundense. Anno septimo

Theodorici regis, septimo Idus Iunij, Agapeto, III. consule.

¶ Capitulum primum.



T institutio missarum sicut in metropolitana ecclesia agitur, ita in A
dei nomine in omni Tarraconensi prouincia, tam ipsius missę ordo
q̄ psallendi vel ministrandi consuetudo seruetur.

II. ¶ Vt expleta solēnitate pentecostes, in sequēti septimana à qu- B
ta feria in sabbatū, per hoc triduum abstinentia celebretur.

III. ¶ Itē, secūda letania faciēda est Calendis Nouēbris, ea tñ cō C
ditione seruata, vt si iisdē diebus dñica intercesserit, in alia hebdoma
da secundū prioris abstinentię obseruantiam à quinta feria incipia-
tur, & in sabbato vespere missa facta finiatur, quibus tamen diebus à

carnibus & vino decreuimus abstinentium.

III. ¶ De cathecuminis baptizandis id statutū est, vt in paschæ solennitate, vel pētecofes D
ad baptizandū veniant. Cæteris solēnitatibus infirmi tantūmodo debeant baptizari, qbus
quocunq; tempore conuenit, baptismū non negari.

V. ¶ De paruulis q immaturo vtero æditi sunt, placuit cōstitui, vt si infirmi (vt assolet) fue- E
rint & lac maternū nō appetunt, etiã eadem die qua nati sunt (si oblati fuerint) baptizentur.

VI. ¶ De his q sine vxoribus ordinant & familias domus hñt, habito secū pro vitæ cōuersa F
tione patre in testimoniū nō per quācūq; scemineis sexus psonā eorū substātia gubernet, sed p
puerū, aut per amicū domū suā debeāt ordinare, nisi matrē, aut sororē in domo habuerint, vt
secundū priorū canonū statuta per eorū personas, eorū debeat contutari substātia.

VII. ¶ Si quis de laicis post vxorem aliam cuiuscunq; conditionis cognouerit mulierem, in G
clero nullatenus admittatur.

VIII. ¶ Is vero q egritudinis lāguore depressus pœnitētię bñdictionē quā viatico deputa- H
mus per cōmunionē acceperit, & postmodū recōualescēs caput pœnitētię in ecclesia publice
nō subiderit, si prohibitis vitijs nō detinet obnoxius, admittat ad clerum.

IX. ¶ Id semper placuit obseruari oibus diebus, vt post matutinas & vespertas oratio dñica I
à sacerdote proferat. Iohānes in Christi noie ep̄s subscripsi, Fortunianus ep̄s subscripsi, Pau-
lus episcopus subscripsi, Agricūsus episcopus subscripsi, Emidius episcopus subscripsi, Nibrīdi-
us episcopus subscripsi, Orontius episcopus subscripsi.

¶ Explicit concilium Gerundense.

Incipiunt capitula concilij CesarAugustani.

- ¶ Vt scemina fideles à virorum clericorum cœteribus separentur. Cap. 1. 5
- ¶ Vt qui eucharistiã in ecclesia accipit, & ibi eã non consumit, anathematizetur. 2 6
- ¶ Vt diebus dñicis nullus ieiunet, nec diebus quadragesimæ ab ecclesia se absentet. 3 7
- ¶ Vt tribus hebdomadis q̄ sunt añ epiphaniã ab ecclesia nemorecedat. 4 8
- ¶ Vt qui à suis episcopis cōmunionē priuan- tur, ab alijs non recipiantur. 5
- ¶ Vt clericus qui propter luxum monachus voluerit esse, excommunicetur. 6
- ¶ Vt doctoris sibi nomen quis non imponat, cui concessum non est. 7
- ¶ Vt ante quadraginta annos sancti moniales virgines non velentur. 8

S 2 Incipit